



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,  
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

**Fabri, Honoré**

**Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII**

De protectione Sacræ Inquisitionis Italicæ supra Decalogo Tamburini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

etiam Magistrum, etiam Predicatorem posse, imò re ipsa comminisci quæcumque velit.

Hactenus super congerie Tamburino imputatorum, transeamus ad alia, ad quæ Baronius transit.

## CAPVT XVIII.

*De iis, quæ in §. 2. affert contra Tamburinum Baronius.*

**T**ria in hoc §. 7. 2. pag. 3. jacula contorquet Baronius. Primò ait, se fidem habere nolle editioni Belgicæ affirmanti, protectam fuisse in Inquisitione Italica Doctrinam Tamburini in Decalogo allatam.

Secundò, se tamen fidem magnam habere Curatis Parisiensibus, qui curarunt offerre supplicem libellum adversus ejusdem doctrinam.

Tertiò amplificat, censurat, detestatur opiniones prædictas, quas (cum quanta veritate seu fidelitate vidisti, lector) in §. primo imputaverat Tamburino, atque inducit quasdam impias consecuciones ex ejusdem doctrina.

Separatim cribremus singula, initium facientes in hoc Capite à primo, nam de cæteris seorsim in Capitibus sequentibus commodiùs disputabimus.

### *De Protectione Sacre inquisitionis Italice super Decalogo Tamburini.*

2. BARON. Fidem non habet Editioni Belgicæ, & commentitium judicat testimonium in favorem doctrinæ Tamburini.

Profectò fateor, commentitium esse prædictum testimonium de ea doctrina, quam fingit Baronius esse Tamburini. Quis enim approbaret eas propositiones, ut ipse ex magna parte cum falsitate refert, nam paucas cum veritate referri ex prædictis cuiusque perspectum est. Dico tamen, verissimum esse suffragium Sanctæ Inquisitionis de vera doctrina Tamburini. Legamus prius testimonium, & deinde illius veritatem indagemus.

### *Epistola dedicatoria præfixa Decalogo Tamburini, Insulis impresso.*

Reverendiss. Domino D. Hieronymo de Vecchiis Abbati Montis Regalis; in Belgio, & Burgundiæ Comitatu cum facultatibus Nunci, Apostolico Internuncio.

3. THOMÆ Tamburini è Societ. Iesu viri cum primis eximii lucubrationes eruditissimas, Practica Theologia summam continentes, totaque Sicilia, & Italia, celebratissimas nactus, huic etiam nostro Belgio ad suaviorem considerationis pacis auram post diuturnas gravissimorum bellorum tempestates, nunc primum respiranti, communicare cum esset visum, Reverendissime Domine, capi circumspicere, cuius potissimum auspiciis istud aggredider: Cum ecce venit in mentem, nihil præter modum me saluturum, si ad Reverendiss. Dominationis Vestra splendorem accederem, ut ista sub hoc lucem aspicerent, si ad ejusdem amplitudinem confugerem, ut istas illa tuereris hic, ac protegeres, quas in Sicilia, quas in Italia à Cavillatorum maledicendi libidine securas reddiderunt Sacri Catholice

Fidei Inquisitores. Et verò quis dubitat, Et. Insulis 1660.

Reverendiss. Dominat. Vestre Addit. Servat. NICOLAUS DE RACHE.

4. Hoc testimonium fideliter esse relatum, tum conjecturis, tum accessione alterius testimonii, tum dico esse censendum.

Conjectura sunt Primò, verissimè non esse, dicantem opus, voluisse Nuncio Apostolico per solenne mendacium illudere. Secundò; Delationes hujusmodi solent, antequam evulgentur, communicari Patronis, ad quos Dedicatio diriguntur, scilicet in aliquo, vel minimo specie ea sit causa defensionis. Quare Reverendissimus Dominus requirere, permisisset mendacis (que facile poterat Romæ convinci) se condecorari. Tertiò, credibile est ipsum Reverendiss. Internuntium hoc testimonium protectionis enarrasse in Belgio: cum enim Nuncio Apost. frequentissimo commercio utatur cum Romana Curia, non erraret, qui putaret, ipsi Reverendissimo Romano scriptum id fuisse.

5. Sed fac, nihili esse faciendas has conjecturas, esse aliud testimonium, quo prædictum (si amore careas) certò confirmetur.

Name ego juratus, hoc est, testem mei dixi Deum O. M. invocans, affirmit, Virum omni exceptione majorem, magnæque Fide dignissimum enarrasse mihi, se abhinc quinque circiter annos Romæ ob negotia commorantem audivisse coram, à gratissimo Ministro Sacre Inquisitionis Rom. ipsum eandem Ministrum præsentem fuisse, quando ad prædictam Sacre Inquisitionis Congregationem opus Decalogi P. Thomæ Tamburini (mihi videtur, addidisse etiam ejusdem tria Opuscula, sed hujus non bene memini) fuit allatum, diligenter fuisse lectum, quæque propositiones, quæ insinulate erant cum libris ipsis, comprobate, ac nihil inventum fuisse, quæ expurgatione, aliavè nota dignum censeretur. Hæc vir ille Sacre Inquisitionis Minister, addens, alia explicatius enarrare, ob horum Ministrorum solenne secretum, nequaquam polle.

6. His ego, & quilibet non livore tactus, fieri habere cogimur, si Baronius refragatur, creditur Curatis, ut liber. Illud certè commendabile omnino fuit, quod Patres Sacre Inquisitionis Rom. quædam doctrinæ compendiosa propositione contenti nequaquam fuere, ut Antigone Tamburini tuerent, sed Codicem ipsum, sed contextum doctrinæ, sed connexionem propositionum, & similia propositionibus excutere voluerunt.

## CAPVT XIX.

*De Supplici Libello Curatorum Parisensium.*

1. Secundò Baronius in d. §. 2. pag. 77. ait, se habere magnam Curatis Parisiensibus habere, qui supplicè contra Tamburini Doctrinam libellum oblatum. Miror ego, Baronium hujusmodi Curatorum libellum magni facere, cum ipse sciat, si non oblatum, si non admissum, si ab illis, ad quos directum, si non approbatum neutiquam fuisse, quæ fortis non esse gerinanam doctrinam Tamburini, cognoverunt. Et sanè si umbra tenuissima alicujus reprobandi nis contra eam doctrinam affuisset, proh quæritur ea exultaret Baronius! sed merito vel invitatus non